

PRAEFATIO.

uerat patri operas filius, sed & Moses, ob minimam cessationem à sua uocatione, ne populum Dei intra terram sanctam introduceret, reprobatus. Et admiranda, miraculosa que etiam priusquam conciperetur Regis Francisci prænunciata à B. Francisco de Paula uocatio ad Regnum, tribus gradibus tum ab ea familia distans ( ut aliquando in eius uita expositū reddam ) clarissimè ostendit, totiꝫ orbi terrarum testificatū reddit, quàm frustra de fide & uocatione quantumuis maxima sibi plaudat, quisquis operibus uocatione dignis certam suam uocationem facere non satagit. Iterum uale, ex nostræ Ciuitatis loco ad 30 grad. long. & 48  $\frac{1}{2}$  latitud. const. anno à Salute mundi 1561: sed à coæquatione legis nostræ cum lege scripta, quæ fuit 1547 anno 14: à mundo autem condito, post tempus 1656, & tempora 1547, & 1561, & dimidium temporis primi 800, annorum 5564, sexto uidelicet millenario pro sexta creationis die secūdam creationis Adami tempus corrente, ut politicus uniuersalisꝫ nūc fiat homo, sicut unicus & personalis tunc factus est:

cuius ut iuridicum & uerum es, ita reale &

actu in uniuerso receptum Caput

sis, & Habearis, Deum Opt.

Max. oro.

T. M. obsequentissimus

seruus Gulielmus Postellus.

a a